



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De ministro Baptismi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

REGI PRA DORI E

C A P V T VI.

De ministro Baptismi.

S V M M A R I V M.

37. *Triplex Baptismi minister: ordinarius est Sacerdos.*
 38. *Ex officio est unus Parochus, & Episcopus.*
 39. *Notanda de alio Sacerdoti baptizante solemniter.*
 40. *Diacorus ex commissione Episcopi, ipso est solemniter baptizare.*
 41. *Necessitas & ignorantia excusans baptizare sine solemnitate.*
 42. *Quomodo quilibet homo necessitatem sit idoneus minister Baptismi.*
 43. *Exclusus ab eo numero: & de causa in quo cuncti gerent plures simul & numeri baptizare.*
 44. *Ordo seruandus inter idoneos, ad baptismum in necessitate conferendum.*
 45. *Peccatum est mortale: ille baptizare ex ea in necessitate.*
 46. *Extra casum ne existat baptizare sine solemnitate peccatum est mortale: quod non inducit irregularem.*
 47. *Quatenus mortaliter peccetur administratio baptismi in peccato mortali & corpe ante peccatum eius.*
 48. *Modi variis quibus contingit mortaliter per eam in administratione Baptismi.*
 49. *Quatenus sit, vel non sit, licitum plurimum in Baptizare.*

37. In catechismo iussu Concilij Tridentini edito, triplex constituitur minister Baptismi, unus ex officio, alter ex commissione, & tertius ex necessitate.
Ex officio est Sacerdos cui, quod ex officio baptizare competit, expressè dicitur in Concilio Florenti, in instru&t. Armen. & in cap. Constat. De consecr. dist. 4. insinuatuerque sa: is aperte in cap. Perfectio. Ad diaconum dist. 25. & in cap. Diaconus dist. 93. communisque Ecclesie, sicut vobis facit confirmat. Si que conuenire D. Thom. 3. par. qu. § 67 art. 2. ex eo ostendit, quod cum Sacerdos institutus sit ad Eucharistiam conforrandam, ratio postularit, ut ei daretur potestas omnia illa administrandi, per que quisque potest fieri particeps Eucharistie tanquam sacramenti Ecclesiastice unitatis; dicente Apollolo in priori ad Corinth. cap. 10. Vtus panis, & vnum corpus sumus omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Per baptismum autem efficitur quis particeps Ecclesiasticae unitatis, accipiendo ius accedendi ad Domini mensam. Ceterum Sacerdos nomine comprehenditur Episcopus, ut ibid. ad 2. monit. D. Thomas: quia in omnibus regib. quod potest inferior, potest quoque ipsius Superior. Quod etiam confirmatur per citatum cap. Diaconus.

38. Si queras, An omnis Sacerdos sit ex officio minister baptismi? Respondetur negatiue cu: Sylo, in verbo Baptismi 3. nu. 1. & Armil. eodem verbo n. 39. Id enim esse proprium munus Episcoporum, & Parochorum, saltem de pracepto Ecclesie, deducitur ex cap. Interim, 16. quæst. 1. & ex eo quod per baptismum recipiantur homines in Ecclesiam, & fiant eius membrorum decematque ut ecclesias & ius admittendi homines ad Ecclesiam, sit penes pastores illius. Unde, vt bene notat Suarez disputatione 23. sect. 2. Sacerdos respectu quidem sacramenti baptismi habet sufficiemtē potestatem, ut illud valide, & agne ministret: sed respectu personæ cui ministrandum est, ut ipsum ei licite ministret, requiri potestatis iurisdictionis: propriam eorū qui animarum curam gerunt, tanquam coadiutorum Summi Pontificis, cui in D. Petro dictum est à Christo: Pece oves meas. Unde & ad eos, tanquam Pastores sub summo pastore constitutos, pertinet mandatum Domini datum Matthæi ultime de pascendis hominibus verbis diuinæ prædicatione, & sacramentorum administratione, ac nominatim baptismi, per illud, Itē docete omnes gentes baptizantes eos &c. De qua re idem Suarez in sequenti disputatione 31. sect. 4. in principio.

Atque ita habet communis consuetudo Ecclesie. Neq; enim extra casum necessitatis alius, quam Parochus, nisi de ipsius licentia baptismum conferre solet: sique conferat, ipso remunere, atque volenter in eo fungi suo munere,

peccabit mortaliter. Id signum, in est, ius alienum inuidere, & pastorale manus sibi usurpare cum notabilis pastoris iniuria. Quod procedit etiam in extrema necessitate subdit baptismandi: quoniam ea non tollit Parochi proprium ius, nec dat licentiam inuertendi ordine in iustitia: nec est sufficiens causa ut alius, quam proprius Pastor possit ad baptismum sandum le ingerere: etenim quando prælens adest, a facile haberi potest ad illud suum munus exequendum, non est reuera necessarium alterius ministerium.

Quod si Parochus in eo cederet suo iuri, vel ipse non posset haberi, urgente necessitate, alius Sacerdos etiam solemniter baptizare licite posset: quia in eo non fieri eidem Parochio iniuria, nec circa sacramentum committeretur irreuerentia, ut ibidem Suarez bene argumentatur. Nota vero obiter, Sacerdotem baptizantem in iusto Parochio ita peccare mortaliter, ut tam nec excommunicationem, nec irregularitatem ideo incurat. Quod de excommunicatione patet: quia sicuti imposta censi posse, maxime in Clementina primâ. De priuilegiis. At non est ibi imposta, prout notat Navarrus in Euchir. cap. 27. nu. 102. & de irregularitate docent communiter Authoræ, ut Suarez quoque monet in ea. Iam se: 4. dist. 4. vlt: mo.

Ex commissione autem Episcopi, vel Parochi (gram illi, hoc etiam in iusto d. re po: est ex D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 13. § 1. not. ab. 2.) solemniter baptizare possunt non tantum alii Presbyteri, sed etiam Diaconi: ut cum Cajet. 3. p. quest. 67. art. 1. docet Sotus in 4. dist. 4. quest. viii. a. art. 1. colum. 3. Et probat ex eo, quod in ipsis Diaconi ordinatione dicatu: quod oportet Diaconum ministrare ad altare, baptizare, & predicare. Id autem ipsum non conuenire ex officio, sed tantum ex commissione Episcopi, vel Parochi, late docet Suarez disputatione 1. 26. sect. 2. Sed nobis sufficit id ipsum aperte constare ex cap. Constat baptisina, De consecr. distin&t. 4. simulquacum terre cum Soto loco citato, iam ex quo si confutidine committendi Diaconum munus baptizandi solemniter, etiamsi adhuc fieri posset, vbi esset magna baptizandorum multitudo, & presbyterorum paucitas: ut in terris remotioribus ab habitatione Christianorum, aut accessu difficultibus. Cur vero ceteris committit non possit administratio baptismi, ratio est, quia etsi facta ea commissione, non fieri iniuria Parochio: fieri tamen sacramento ad cuius reverentiam spectat, ut cum sit ministerium sacrum, requiratur de se ministerium sacrum: ita ut ab alio nequeat cum debita solemnitate conferri, quantumvis possit sine ea, quando vrgit necessitas.

Quæquidem duo requirit, & ut mors baptizando instet, & vt non habeatur, nec haberi possit commode dignior, qui in hac re est minus digno præferendum, eo modo quo infra documento primo exponetur. Vbi enim duo hec non concurrunt, sicut non est vera necessitas, ita ut nec efficitas licite baptizandi, ut bene monet Suarez in rad. sect. 4. dist. 2. Quod tamen aduerte intelligendum esse, scilicet ignorantia inuincibili excusante a peccato: quia in hoc negotio facile interuenire potest: tum iuris, quod non est tam clamrum, quin facile possit a communis plebe inuincibiliter ignorari: tum facti, quia sœpe potest sine culpa periculum mortis ibi timeri, vbi ipsum non est: & ideo accelerat baptismus, non expectato conueniente ministerio: sine verancessitate quidem, cum existimata tamen bona fide, ex zelo charitatis.

Ex necessitate deniq; idoneum baptismi ministerium esse quenlibet hominem, qui debitam materiam, & formam applicare possit baptizatio cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, sive sit Clericus, sive Laicus, sive malculus sive sc̄emina, sive paenit. & censuris quibuscumque innovatus, sive infidelis, hereticus, vel sc̄ificatus, Paganus, vel Iudeus. Ita disertis verbis statutum à Concil. Floren. in instru&t. Armen. De baptismino. Et in particulari de laico fideli habetur in cap. Ad limina, 30. quæst. 1. & in cap. Constat, & in cap. In necessitate, De consecr. dist. 4. Descrimina: in cap. Super quibus, 30. quæst. 3. De Pagano in cap. Romanus, ead. distin&t. & de Iudeo, in cap. A quodam Iudeo, eadem etiam distin&t. Ratione huius rei D. Thom. in cit. qu. § 67. art. 3. refert ad summam necessitatem baptismi, de qua diximus in præced. cap. 2. Ne enim homo circa medium

remedium tam necessarium pateretur desetum, misericordia Dei, quia vult omnes homines salvos fieri, institutum est (propter communis sensus & traditio Ecclesie interpretatur) ut sicut baptisini materia, res esset communissima, puta natura, talis aqua, ita etiam minister esset talis, qui facile obuius haberetur.

Excluduntur autem ab hoc numero, tum membrorum vsu ita priuati, vt nequeant applicare aquam ad ablueendum: tum carentes vsu lingue, cum non possint proferre formam demum carentes vsu rationis, qui non possunt habere intentionem ad baptizandum requisitam. Adde & vnumquaque, ratione sui ipsius: quia nullus potest scipsum baptizare, ne quidem in casu necessitatis ex cap. Debitum, De baptismo. Et probat D. Thom. 3. par. q. 66. art. 5. ad 4. quia dicens, Ego me baptizo, mutat formam essentialiem baptisini, de qua antea in cap. 4.

Ceterum cu homo non baptizet, nisi vt minister Christi, & vicem illius gerens, iuxta illud Ioan. I. Super quem videtur spiritum descendenter, & manente super eum, hic est qui baptizat. Sicut Christus unus est, ita oportet, preservare quia sufficit, vnum esse baptismi ministrum, qui Christum representet. Ita D. Thom. in prius memorata quest. 67. art. 6. Vnde statuit non valere baptismum, si ad eum vni conferendum, plures statuant sic concurrere, vt vniquisque intentionem habeat non baptizandi sine alio, siue talem intentionem exterius exprimant, dicendo: Nos te baptizamus, siue non exprimant. Statuit pariter nec valere, si unus, v.g. mutus, materiam applicet: & alter, v.g. m. nucus, formam proferat: praeferunt quia falsa esset forma: nisi forte, ibid. notat Caiet. mancus ablueret tenendo vas aqua super caput baptizandi, adiutus a mutuo. Valere autem baptismum si plures sint totales ministri baptizantes eandem personam, seruatis essentialibus, vt vsu venire potest, cū plures contentiose vnum aliquem baptizare conantur. Quo casu, inquit D. Thom. 3. ille qui prius finit ablutionem, & formam, solus baptizat: ceteri vero nihil faciunt. Qui si vsque ad finem persequantur id quod ceperunt, puniuntur tanquam re-baptizantes. Quod si omnes simul omnino finiant, esent quidem puniendi in ordinato modo baptizandi, non tamen de iteratione baptisini, quia singuli intenderent non baptizatum baptizare, nec traderent aliud & aliud sacramentum, sed Christus qui vnu est ingenui baptizans, vnum sacramentum per vnumque ministrum conferret. De qua re videri potest Suarez ad eundem locum D. Thomae disput. 23. sect. 3.

Documenta de ministro Baptisimi notanda
pro proxo.

Primum est, sumptum ex D. Thom. 3. part. quest. 67. art. 4. quod esti validum sit baptismi sacramentum à quo-
cumque conferatur, seruandum esse tamen in ea re ordi-
nem: vt digniores praferantur, nempe parochus aliis Sacer-
dotibus: Clericus laico: vir mulieri: fidelis infidelis: non praefi-
citus: id est excommunicatus: suspenso ab officio, vel
degradato. Quamquam, vt D. ipse Thomas addit, parochus
potest praesente Episcopo baptizare, quia id ei ex officio
conuenit. Atque mortale peccatum committi baptizando
praeſente, nec consentiente parocho, iam ante habitum est.
Sed adverte ex Syllo. in verbo Baptismus 3. num. 10. excipiendu-
m est: casum in quo Parochus ipse censura Ecclesiastica
innodus impediret officio fungi: non item causam, in
quo impediretur ob commissum peccatum mortale: vt doc-
ter Suarez disput. 3. sect. 4. dicto 4.

Peccatum vero quod committit mulier virginem necessitate baptizando, praesente viro: vel laicus, praesente Clerico,
cui nec ex officio, nec ex commissione competit baptizare,
non videtur plus quam veniale, vt potest consistens solum in
quadam indecentia. Immo aliquando nullum peccatum
est, vt quando mulier vel laicus, propter maiorem peritiam
formae, ac modi baptizandi, sacramentum administraret.
Ita D. Anton. notat 3. par. lib. 14. cap. 13. §. 4. Vnde in catechismo iusti concilij Tridentino, edito, dum agitur de ministro
huius sacramenti, approbat quod obstetrices presentes ali-
quo viro, qui huius sacramenti administrandi minus peri-

tus sit, interdum baptizent. Peccatum autem quod com-
mititur in articulo necessitatis, admittendo hominem infi-
delem ad baptizandum, prætermisso hominem fidei, graue
esse monet D. Thom. 3. par. quest. 67. art. 5. Quod Suarez lo-
co cit. docet intelligendum, non quidem de se, quia non
sit in eo iniuria sacramento, quod à tali in necessitate extre-
ma conferri potest: sed ratione circumstantiarum: maxime
scandali, quod oriretur ex ea prelatione, & communicatio-
ne in diuinis cum infidelis. Itemque ratione periculi mini-
strandi sacramentum sine debita intentione, aut cum ali-
qua essentialium mutatione.

Secundum documentum est: In casu necessitatis quem-
libet predictorum sub pena peccati mortalis teneri bapti-
zare, quando non est alius, qui id munus exequatur. Ita do-
cet Palud. in 4. dist. 5. quest. 2. art. 1. & cum eo D. Anton. in ci-
tato §. 4. notabilis p. m. Qui addunt ideo bonum esse vt quis-
que formam baptismi addiscat: quantum nolis, vt D. Anton. ait,
illam scire teneantur tantum iij, quibus ex officio incumbit
baptizare: vt Curatis, & obstetricibus, propter pericula
frequenter contingentia in partu. Qua de causa illi igno-
rando necessaria ad baptisnum, peccant mortaliter: vt ex
iijdem authoribus Nauarrus habet in Enchir. cap. 22. num. 6.
vers. 5. Confirmatur vero propositum documentum ex 10.
quod præceptum charitatis, obligans sub mortali ad subveni-
endum proximo in gravi, necessitate constituto, fortius
obliget ad subveniendum spirituali necessitati salutis animæ
proximi, quam necessitati vita corporalis.

Tertium documentum est: Non Sacerdotem baptizan-
tem solemniter, etiam in casu necessitatis, peccare mortaliter
potest sacrilegium per usurpationem Sacerdotalis mun-
eris, & incurere irregularitatē (etiam si de Laico aliquis sit con-
trouis, de qua Suarez in cit. 1. a. sect. 4. ubi sive em) per cap. 1. De
Clerico non ordinato ministrante. Istud docens Sotus in 4.
dist. 4. quest. vniuersal. art. 3. concl. 1. addit in sequenti 2. esse quo-
que mortale, licet minus graue, baptizare sine solemnitate
quando non imminent extrema necessitas; Quae est D. Thomae
sententia in seq. art. 5. vñ illi tribuit Greg. & Valen. disput.
4. quest. 2. punitio primo. Vbi post Sotum in citato art. 3. reuict
quod Caietanus docet tunc committi peccatum tantum
veniale. Nam contraria in fatis significatur in Clemencie.
vniuersal. De baptismo: cu eiusmodi peccatum iubetur grauer
ter puniri ab Episcopo in Sacerdote: in quo proinde ipsum
graue est: & maiore ratione in non Sacerdote.

An autem ob illud incurritur etiam irregularitas, maior
difficultas est: de qua in vtramque partem. Henr. quez lib. 2.
cap. 29. §. 1. lit. K. & L. plures authores refert, negantemque
sequitur, sicut & Greg. & Valen. loco citato: quia baptizare
sine solemnitate non est exercere actum sacri ordinis.
Pro quo faciunt tradita à Nauar. in Enchir. cap. 27.
num. 242.

Quartum est, quod Henr. quez habit authoribus in margine
citatutum eod. c. p. 29. §. 4. Eum qui ministrat baptismum so-
lemniter cum conscientia peccati mortalis, vel ex omissione
negatus, aut ab omni officio suspensus, aut ministrat eis
quos nouit indigne sive sperare peccare mortaliter tanquam
indigne, & cum irreverentis notabili tractans diuina:
Quamquam censi potest à peccato excusat ex circum-
stantiis vt cum necessitas baptizandi vrget, siue ob immi-
dens periculum mortis, siue ob scandalum alioqui oritu-
rum: atque ipse peccati, ac excommunicationis vinculis
conflictus, de illis dolens proponit fieri absolutionem
procurare. Adde quod esti baptizandi actus sacer sit, non
est tamen obligationem exercendi illum in gratia, nisi quis
ipsum exequatur tanquam initiatu ordine qui ad tale mi-
nisterium destinatur. Videri potest Nauar. in Enchir. cap. 25.
num. 72 & cap. 27. num. 244.

Quintum est, quod ex preced. sequitur, & pro quo au: b: res
aliquot citat Henr. quez in sequenti §. quinto lit. D. in margine, vir-
gente necessitate licitum est petere baptismum à quocumque
licet peccatore, excommunicato, vel infidelis, dummodo
credatur ministratus cum vera & fideli intentione fa-
ciendi, quod facit Ecclesia Christi.

Sextum est, sumptum ex Soto in cit. art. 3. concl. 4. Coopera-
rantem laico, aut cuiuscumque alteri extraneo consilium ex-
tremam baptizanti sine legitima autoritate (d. quia in d. cari-

NAL
XIS
P
R
A
N
U

poteſt ex diſt. in priore parte huius c.) peccare mortaliter: vt ſi pater tradiceret ſuum infantem aliqui tali baptizandum: Quo caſu infans quidem recipere gratiam, quia non poneret obicem, non item adulterus, niſi ignorantia inuincibilis eum excusat, quia peccans mortaliter, poneret obicem eidem gratia. Ratio autem huius aperta eſt, quia ex Apoſtolo ad Romanos 1. Digniſunt morte, non tantum qui malam faciunt, ſed etiam qui conſentient facientibus: ut maxime conſentient qui eis cooperantur

48. Septimum eſt, quod ex Nauar. in Enchir. cap. 22. nū. 7. habet Henrquez in c. tuto cap. 29. §. 3. & plenius tradit Suarez diſput. 31. ſed quinta, cum qui ministraturus eſt baptizatum teneri ſicre neceſſaria, & applicare debite: nempe materiam & formam coniungendo morali ſalem coniunctione, habendoque intentionem requiſitam; & adhibendo ritus Eccleſia, quando baptizatus ſolemniſter dari potest: atque cauendo ne baptizatum vngat veteri chriſtina, & ne baptizatum confeſſate, quem nouit fuſſe ante baptizatum (quo caſu irregularis fieret,) aut ei quem ſcit indigne accedere: ſive quia non eſt bene inſtruetus, ſive quia peruertere vult in aliquo mortali peccato: ſive quia reditus eſt ad ſuos inſideles cum probabili periculo peruerſionis: ſive quia metu coactus baptizatum petit: ſive quia parentes inſideles, ſub quorum cura adhuc manet, nolunt coſentire ut baptizetur. Contra vero curandum eſt diligenter Parochio, ne quis in ſua parochia decedat abſque ſacramento baptizati, alioqui enim eſt in notabili culpa, tanquam negligens in negotio magno momenti ad ſumum officium ſpectante: ideoque mortaliter peccaret, iuxta Nauar. in Enchir. cap. 22. num. 5. veruſa.

49. Vltimum eſt: Validum quidem eſt baptizatum, ſi unuſ minister plures ſimul baptizet, omnes ſimul ablouendo per aqua infusionem, vel aſpergionem cum hac verborum forma, Ego vos baptizo, &c.] ex D. Thom. 3. par. quæſt. 66. art. 5. ad 4. Non licere tamen abſque graui neceſſitate, aut alia iuſta de cauſa (qualis occurrere potest apud Inſideles tempore peſti, vel bellii, vel naufragii, cum periculum eſſet in mora) recedere à conſuetu more Eccleſia, ſecundum quem unuſ unuſ tantum non plures baptizat ſimul. In eo enim peccatum committit, non leue, reſcendo in re graui à communiter recepta, & laudabili Eccleſia conſuetidine: quod mortale eſſe dici potest, ſaltem ſi fiat ex contemptu, vel ex præſumptione, vel cum norſibilis ſcandalis periculo.

Alias autem pon nifi ventiale eſſe tenendum videtur, vt cum Soto tenet Greg. à Valen. diſput. 4. quæſt. 3. ſub initium puncti ſecundi.

Nota oſſerter ex D. Th. loco eit. legitimum eſſe formam, quae dicitur, Ego vos baptizo, &c. quia vos tantundem valet, ac te, & te. Non autem eam qua plures unuſ & euſdem baptizantes dicunt, Nos baptizamus te, quia Nos non valet idem, ac ego & ego, ſed idem ac ego, & tu. Si autem unuſ unuſ baptizaret dicerdo honorifice. Nos te baptizamus, valeret baptizatus, quia idem erit, ac ſi diceret Ego te baptizo.

CAPUT VII.

De ſuſcipientibus Baptizatum.

S U M M A R I U M.

50. Participes baptizati poſſunt eſſe omnes homines preediti vita etiam inſantes.
51. Sicut baptizatus in ſe unuſ eſt ſpecie inſima, ita unuſ hominis unuſ numero tantum eſſe potest, nec iterari.
52. Peccatum grauiſſimum committitur iteratione baptizati.
53. De eo quod agendum eſt, cum dubitatur de aliquo an ſi baptizatus.
54. Non licet pro arbitrio baptizatum confeſſare ſub conditione. Si non eſt baptizatus, &c.
55. BAPTIZATI participes eſſe poſſe omnes homines cuiuscumque vel ſexus, vel conditionis, vel etatis ſint dum-

modo hanc vitam viuant, ex eo pater: quod in Chriſt spiritualiter regenerari poſſint quoque in Adamo per natualem generationem contrahendo peccatum originale, mortui ſunt. Nam ſicut in Adamo omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur, ex priuari ad Corinth. 15. Quam vivificationem non contingere abſque latro regenerationis, aut eius voto, decernitur in Concil. Trid. ſeff. 6. cap. 4. per illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non potest introire in regnum celorum. Vide antedicta in cap. 2.

Quod autem hoc de infantibus diuersi haeretici negant, bene refutant Greg. à Valen. in cit. quæſt. puncto primo, Bellarm. tom. 2. controverſ. lib. de baptismo cap. 8. Suarez. tom. 3. diſput. 25. ſect. 1. Quia in re immorari non eſt noſtri instituti: cui ſufficit ſcire id eſſe fide tenendum, tanquam definitum ab Eccleſia, vt conſtat ex cap. Placuit. 2. De conſecr. diſput. 4. & ex cap. Maiores, De baptismo, & ex cap. 1. ſ. Sacramentum, De ſumma Trinit. ſub finem, & ex Concil. Trident. ſeff. 7. de baptismo can. 23. Cataphrygarum reuolſionum errorem, qui mortuos baptizabant, Alphonſus à Caſtro aduersus haeretis, verbo Baptizamus, haereti 3. bene refutat, ex eo, quod in hac ſoluſt vita, detur tempus acquirendi æternam ſalutem per media diuinitatis iuſtituta, qua post illam vbi cecidit lignum, ibi erit, Eccleſiaſtie. n.

Iam ſicut idem Baptizamus, quo capaces eſſe omnes homines dicimus, vnuſ eſt ſpecie inſima, ex communis ſententia Theologorum, prout Suarez iſtatur in diſput. 22. ſect. prima: ita etiam vnuſ tantum numero poſſit vnuſ numero hominiſ, itaut iterari nequeat. Id quod Suarez in ſequenti ſect. latius tractat cum D. Tho. 3. quæſt. 66. art. 9. Sed ad noſtrum iſtitutum ſuffit, inuenire id eſſe de fide ex Concilio Florent. in iſtruct. Armenorum: vbi statuitur Baptizatum, Confirmationem, & Ordinem, quæ characterem imprimunt in anima indelebilem, non iterari in eadem perſona. Et ex Concil. Trident. ſeff. 7. de Baptismo cum anathemati ſubiicitur is, qui dixerit verum & rite collatum baptizatum, iterandum eſſe illi, qui apud Inſideles Chriſti fidem negauerit, cum ad penitentiam conuerterit. Accedit cap. Non licet 2. cum aliquot ſequentibus. De conſecr. diſput. 4. Addit. & illud ad Ephes. 4. Vnuſ Dominus, vna Fides, vnuſ Baptizamus.

Peccatum autem, cife ſuo genere grauiſſimum baptizatum iterationem, tam ex parte dantis, quam ex parte illum recipientis voluntarie, habetur tum ex cap. Rebaptizare, in ead. diſput. 4. vbi dicitur eſſe immanisſimum ſcelus: tum ex pena qua punitur, mortuus nimirum, iure ciuili ex lege 2. c. Ne ſanctum Baptizatum reiteretur: & ex graui penitentia iure Canonico imposta ſeptem, ac plurim annorum. De conſecr. diſput. 4. cap. Qui bis & cap. Eos quos: tum demum ex eo quod ſacramentum in magnam iniuriam eiusdem applicet ſubiecto incapaci, Adde & in iniuriam Chriſti: quia cum per baptizatum commoriamur: & conſepeliamur Chriſto, qui ſemel tantum mortuus, ſepultus eſt, ille qui baptizatum iterat, ſignificat Chriſtum eſſe denuo morti, & ſepulture obnoxium: rurſum ſibimetipſi, iuxta Apoſtolum ad Hebreos cap. 6. Crucifigens Filium Dei, prout tangitur in citato cap. Qui bis. Hoc autem locum habet, quando coſtar aut ex vehemēti præſumptione eſt verofimile aliquem eſſe baptizatum: vt cum ibi natus eſt, vbi Baptizatus non ſolet differri ultra octauum diem. Quo caſu non modo non licet baptizare abſolute, ſed neque ſub conditione, vt bene probat Suarez diſput. 31. ſect. 6. ſub initium: quia cum iam conſtat ſufficienter quid ſit factum, nihil interefſaddere conditionem ad vitandam irreuerentiam que committitur baptizati iteratione.

Addit idem author, quod haberet ex cap. Parvulus, & aliquot ſequentibus, in citata diſputacione 4. idipſum non procedere in caſu dubii, id eſt, quando ſunt quidem aliqua indicia ad ſuſpicandum aliiquid de neceſſarii ad validitatē baptizati eſſe ſimilium: aut eum qui offertur eſſe iam baptizatum (que duos dubii modos plenius expl. eſt Suarez diſput. 22. ſect. 2. veruſa finem) non tamen ſufficiente ad ferendū abſolutum, definitumque iudicium: tum enim periculum perditionis rete in homine, exigit ut baptizatus ei coſferatur neque impedit iniuria ſacramenti, quoniam ad tollendū illius pericula

ā iure